

Ecclesia quoque nostra pecunia sibi ab eodem pio Arnoldo collata VIII mansos in Burnem comparavit, quos item sancte Crucis in loco sepius dicto ad usum Deo ibi famulantium deputavit. His ita gestis idem pie memorie Arnoldus loci illius proprietatem et patronatum cum collatis et conferendis ecclesie nostre plenarie contulit ad fideles in servitio sancte Crucis sub regula vite communis adunandos et de bonis eius sustentandos. Hoc autem in ea donatione expressum est et immutabiliter constitutum, ut locus ille semper ab advocatorum liber sit onere, liberumque sit ejus prelado, prout res postulaverit, advocatum instituere et destituere. Ut autem hec tam pia et rationabilis ordinatio omni evo rata et inconvulsa permaneat, ipsam banno nostro et presenti scripto cum sigilli nostri caractere munivimus. Actum dominice incarnationis anno M.C.LXXXVIII. indictione VI. in capitulo nostro. Testes autem hujus actionis hii sunt: Presbiteri: Bertoldus major prepositus, Berno decanus, Bruno cellerarius, prepositus Godefridus, Hylarius scolasticus, Jozelinus, Wigandus, Lödewicus; Diaconi: Johannes, Thetmarus, Eilbertus, Bernardus Monasteriensis prepositus, Hartbertus cantor, Ludoldus prepositus Sancte Crucis, Bertoldus custos, Poppo prepositus Sancti Mauritii, Conradus, Johannes; Subdiaconi: Johannes, Ekehardus, Ekehardus prepositus Goslariensis, Hermannus, Hermannus, Rodolfus, Burchardus, Werno, Rolandus, Albertus, Ludolfus; Laici: Conradus de Rothem, Heinricus de Sladem, Fridericus, Albertus et Conradus de Poppenborg, Tidericus de Insula, Cöno et Conradus de Depenowe, Ludolfus de Peine. Johannes et Bernardus, filii ejusdem Arnoldi presentes erant, et Ludegerus frater eorum, Sibodo et Bertoldus de Scartvelde, Ludegerus et Ludolfus, Hogerus et Burchardus de Waldenberge, Burchardus de Eimesseim et frater ejus Hermannus de Burnem, Gerhardus et frater ejus Arnodus de Cantelsem, Johannes et Thiodericus de Ordenberg, Thiodericus de Vlothe, Fridericus de Rothe, Ludolfus de Indagine, Gerhardus et Ek-